Triginta vero cubitis altitudo urbe
trigesimum etatem domini manifestat.
Qui hominem quem induit, post officium
Iohannis in Iordane babtizatus est.
Triginta enim annorum erat, ut
evangelista testatur, cum post eum
babtismum quem suscepit, ut dixi, homi
nem donis celestibus inlustrabit.
Ista ergo altitudo in mensura etatis
corporis Christi, sicut beatus Paulus
apostolus ait: Donec occurramus
omnes in unitatem fidei et agnitionem
filii Dei, in virum perfectum, in mensura
etatis plenitudinis Christi, ut iam
non simus parvuli. Longitudo
vero in passionem dominice crucis
quam testati significant.
Latitudo in die penthecostes, quod Spiritus
Sanctus super credentes advenit.
Videtis ergo dilectissimi fratres omnem vite istius
fabricam in fructu mentis ubertate
ecclesie fuisse permissam, et non posse
vitam hominis nisi per ecclesiam de excidio
totius orbis evadere. Sicut in
cataclismo mundi nemo remansit,
nisi quos archa incluserat. Et pro
inde laborandum nobis est ut Dominum
et Dominum nostrum toto corde rogemus,
ut in ecclesia Dei catholica fideles in Domino
permanere mereamur. Tunc enim
subsequitur premium, si cum omni
pacis et concordie federe evangelice
fuerint a nobis instituta
custodita, ut ante felicem
conspectum Dei pueri omnipotentis esse
possimus. EXPLICIT PREFATIO.

HIC EST LIBER TERTIUS

RECAPITULATIO · EX LIBRI HA[illegible] · EADEM
ALITER DICTURUS

Post completum septimanarum numerum
ecclesie, qui per ebdomadam huius mundi
sigillatim diversis speciebus nominibus
putatur, iterum quod vidit et disserit.
Post hec vidi, inquid, et
ecce ostium apertum in celo.
Ostium autem manifestationis
claritatem, quam fideli
mentes prospiciunt. Ipsi
celorum illi secreta aperiuntur
et demonstrantur divini absconsa
misteria. In eo inspicit mentem et
secreta Dei fidei deliberatione con
siderat. Apertum sibi hostium recognoscit,
quod ostendit in multitudinis nostram
ubi dum mentem perducit. Sic
autem tempus ecclesie diversis figuris
sepe ait dicens. Vidi hostium apertum
in celo. Hostium apertum per predicta
nuntium et passum quietam lumine.
Celum ecclesiam dicit, quo procedit
scripturis nos met ipsos videmus.
Mentem autem ecclesie celum nomen accepit.

cadem

88

Photo … Pierpont Morgan Library. Exped. Walter W. S. Cook. 1926.

2011 Ministerio de Cultura